quitur indistincte, Et ratio cui innititur procedit in hoc casu. Sic docet *Jo. And. ibi, ad finem Domin. n. 6. vers. Quid si Papæ scribis; Francus n. 2. notabili* 4.

66 Secundo intelligitur, ut gratia facienda expiret ipso jure morte concedentis re integra. Ut de potestate delegata probavi num. 40.

67 Tertio intelligitur, nisi gratia facienda concessa esset sub nomine dignitatis concedentis: tunc enim non peribit mortuo concedentis etiam re integra. Ut de potestate delegata probavi n. 44. Atque idem dicendum est, quando gratia facienda concessa esset ad beneplacitum Sedis. Quia concessio hujusmodi non perit morte concedentis re integra. Ut probavi nu. 49. Cum Sedes illa non moriatur.

68 Quarto intelligenda est, nisi potestas executoris, cui commissio facta est, sit accessoria gratiæ jam factæ. Tunc enim non expirat morte concedentis re integra, ut probavi 43.

69 Quinto intelligitur, quamvis gratia facta nondum tempore mortis concedentis acceptata esset (ut nu. 43. probavi) Quid autem si tunc non esset litteræ expeditæ: dicemus tota disp. seq.

70 Quid autem dicendum sit, si morte Pontificis ignorata, procedatur ad executionem gratiæ faciendæ, quæ morte ipsius perierat? dixi lib. 3. disp. 22, nu. 55. & 59.

71 Ex his deducitur primo, quid dicendum sit de licentia delegata audiendi confessiones, an expiret morte Episcopi, aut ejus amotione concedentis? Quibusdam placet eam expirare, Ducuntur, quod hæc sit potestas delegata ad exercendam jurisdictionem: & res sit integra quoad omnes eas personas, quarum confessiones non cœpit jam audiri. At potestatem jurisdictionis delegatam finiri morte concedentis re integra, diximus n. 30. Quod si dicas id intelligi quando est contentiosa: secus quando est in solo conscientiæ foro. Forte dixerit quia ideo contentiosa perit morte delegantis re integra, quia delegatus non habet jure proprio, ac in se ipso radicatam jurisdictionem ante ejus usum, sed ea est in delegante, atque censetur una & eadem cum delegati potestate. Cum ergo per mortem delegantis cesset ejus potestas, cessabit quoque in delegato, qui nondum ea uti cœperat. Quæ ratio omnino militat in potestate jurisdictionali fori conscientiæ, Et confirmatur, quia quamvis jurisdictio Vicarii sit ordinaria, expirat morte Episcopi eo quod sit ab ipso participata. Ergo a fortiori cessabit licentia delegata audiendi confessiones, quippe hi confessarii sunt quasi Vicarii quidam ipeciales Episcopi. Secundo, quia duratio hujusmodi licentiæ præjudicat Episcopo successori. Tertio, quia *c. Si super gratia, de offic. delegat. in 6. & c. Si cui nulla, de præbend. in 6*, ex quibus probatur gratiam factam non perire concedentis morte, agunt de gratiis a Papa concessis, in quibus id videtur speciale. Quod ob summam potestatem, qua gaudet, possit facilius perpetua privilegia concedere. Et confirmatur, quia cum in Papa resideat suprema potestas communicanda hujus jurisdictionis tam ordinariæ, quam delegatæ, potest præscribere ut plus vel minus duret potestas delegata; eo vel maxime, quod possit derogare juri statuenti potestatem delegatam perire morte concedentis re integra. At cum Episcopus non sit supremus pastor, nequit eum modum in hac delegatione statuere, nec juri derogare, nec oves suas alteri committere, nisi pro tempore, quo ipse fuerit pastor. Tandem quia hæc videtur gratia facienda. Cun audire confessiones non committat Episcopus in ipsius confessarii favorem, sed ut ovium saluti consulat, prout ex officio tenetur. Peribit ergo morte concedentis re integra, juxta regulam de gratia facienda traditam n. 64. Et ideo hanc sententiam sustinent loquentes de licentia hac ab Episcopo concessa, *Palud. 4. d. 37. q. 4. a. ult. concl. 7. n. 25. D. Antonin. 3. p. to. 17. c. 9. fi. Nav. Jum. Hispana c. 27. nu. 264.* solum excipiens quando nomine dignitatis delegantis concessa esset. Et Idem asserit de hac licentia, quamvis a Pontifice concessa sit, *Philiarc. de offic. Sacerd. to. 1. p. 2. lib. 2. c. 24. ad finem*, Pro eadem sententia sunt DD. quos nu. 74. referam, asserentes licentiam eligendi confessoris ab Episcopo concessam expirare morte concedentis: quia eadem videtur ratio.

72 Ceterum quamvis hæc sententia sit satis probabilis: at probabilius reputo eam licentiam non expirare, sive concessa sit ab Episcopo, sive a quovis alio Ordinario potenti concedere, Ducor, quia omnia jura, decidentia potestatem jurisdictionis delegatæ perire morte delegantis re integra, agunt de potestate contentiosa, qualis non est hæc. Illa enim non computatur inter gratias, sed inter justitiæ litteras: hæc autem inter gratias; Quare ejus duratio non est mentienda juxta litterarum justitiæ naturam, sed juxta gratiarum naturam quæ si gratiæ factæ sunt, non expirant concedentis obitu. Et confirmatur, quia etsi licentia audiendi confessiones sit in ponitentium favorem, computatur merito inter gratias factas. Quia cum non concedatur respectu personæ determinatæ, in peculiarem illus favorem, ad ipsiusve petitionem, reputatur potius gratia facta ipsimet Sacerdotibus, utpote, quæ in maximum eorum favorem redundat, & statim ac ipsis concedirur, est perfecte concessa, a nulliusque executione dependens. Quæ gratiæ factæ definitio est (ut diximus nu. 48.) At gratia facta non expirat concedentis morte, etsi res integra sit (ut n. 49. probavimus.) Hac enim ratione dicemus n. 80. potestatem dispensandi cum personis incertis non extingui morte concedentis re integra. Quod communis fere omnium sententia admittit (ut ibi videbimus.) Tandem quia ita ipsa praxis testatur. Quippe mortuo Episcopo solent confessarii quicumque ab ipso expositi audire confessiones, donec licentia a capitulo aut ab Episcopo successore revocetur. Nec obstant argumenta contraria, nu. præc. adducta. Non 1. quia id procedit in jurisdictione delegata contentiosa. Ad replicam respondetur non esse eam rationem omnino adæquatam, sed suppolita decisione juris disponentis jurisdictionem delegatam contentiosam expirare morte concedentis re integra: tradunt Doctores eam congruentiæ rationem. Quare applicari non debet iis rebus, in quibus est contraria juris dispositio. Ut contingit in gratiis jam factis, inter quas computatur licentia audiendi confessiones. Vel secundo potest dici in his gratiis, cum a tempore concessionis sint jam omnino factæ, transferri ex tunc efficaciter potestatem in delegatum. Ad confirm. dic Episcopum, & Vicarium constituere unum, & idem tribunal, & ita re etiam non integra perire Vicarii potestatem Episcopo mortuo, quod nullus asseret de confessore delegato quoad confessiones antea cœptas. Ad 2. dic id non obstare. Quia potest successor sibi prospicere revocando licentias audiendi confessiones a prædecessore concessas. Ad 3. dic ex rationis similitudine eos textus trahi quoque ad gratias ab aliis inferioribus concessas. Quod gratia exempli solius, quod regulam non arctat, dicatur in eis de gratiis ab Apostolica Sede concessis. Nec ii textus innituntur supremæ Pontificis potestati: sed eo quod jam gratiæ illæ effectæ sint. Ad confir. dic id jure concessum esse Episcopis, eo ipso quod jus statuit gratias factas non perire concedentis morte. Et hæc licentia computatur inter gratias factas. Ad ultimum constat ex dictis. Cum enim non sit ea licentia in alicujus privati pœnitentis gratiam concessa, reputatur inter gratias factas. Et ideo hanc partem sustinent loquendo de licentia ab Episcopo concessa fratribus mendicantibus audiendi confessiones, *Card. Clem. Dudum. v. Ad deinde, num. 2. d. notab. 5. de sepult. & Bonif. v. Etsi num. 6.* & colligitur ex *gl. ibi, v. Concesserint*, dum ait eam licentiam eis concessam non posse ab eodem revocari: prout colligit id sequens *Nav. c. Placuit, nu. 163. de pœnit. d. 6. & apolog. ad librum de reddit. q. 3. monito 8. n. 1.* Et loquentes de licentia concessa ab Episcopo cuicumque confessario docent *Enriq. l. 6. de pœnit. cap. 6. nu. 7. & l. 7. de indulgent. c. 21. num. 6. Humada l. 21. tit. 4. p. 1. glos. 1. nu. 2.* Et loquentes in genere de licentia audiendi confessiones tenent *Sayro thesauro casuum, to. 1. l. 7. c. 14. n. 7. Graffis 1. p. decisionum, l. 1. c. 13. num. 49.* Et loquens de licentia alicui concessa, ut a reservatis ablolvat, tenet idem *Emmanuel Sa summa, v. Gratia, n. 4.* Et eamdem sententiam tenet tanquam certam de licentia audiendi confessiones a Pontifice concessa *Suarez de pœnit. disp. 26. sect. 3. num. 5.* & statim *n. 9.* dicit idem esse satis probabile de licentia hac ab Episcopo concessa: quamvis *n. 12.* non audeat id affirmare de licentia hac parocho concessa: sed ait consulendam esse consuetudinem. Quia videtur hoc pendere ex tacita, aut expressa Episcopi voluntate. Sed ego existimo casu, quo parochus possit dare eam licentiam, non expirare morte concedentis, Quia est gratia facta, ac proinde ejus naturam sequitur. Pro eadem sent. sunt DD. quos n. 75. referam, dicentes licentiam eligendi confessarii a quovis prælato concessam non expirare concedentis morte. Quia hæ duæ concessiones ad eumdem finem tendunt, & in re eumdem effectum habent; & potius deberet expirare hæc licentia pœnitenti data, quam illa confessori concessa. Quia in illa cum obit Episcopus, est jam jurisdictio Sacerdoti concessa: in hac autem minime sed datur, cum virtute illius electus fuerit confessior. At facilius permanet quod datum jam est. Pro eadem sent. sunt DD. quos nu. 80. referam, dicentes potestatem dispensandi cum personis indeterminatis minime perire morte concedentis re integra. Cum utraque facultas sit ad exercendam jurisdictionem.

Quando tamen licentia esset concessa sacerdoti audiendi confessiones pœnitentis determinati, in illius pœnitentis favorem, expiraret facultas morte concedentis re integra, id est, quoad confessionem nondum antea cœptam. Quia cum illa gratia sit in illius pœnitentis favorem, & nondum sit perfecta, sed per confessarium exequenda, non habet gratiæ factæ rationem, sed faciendæ, quam morte concedentis re integra expirare diximus n. 64. Et ita tenet *Gaeta c. Ad limina 30. q. 1. §. 5. q. 106. n. 312.* Et idem pariter colligitur ex Doctoribus, quos n 81. referam, asserentibus facultatem dispensandi cum determinata persona, in illius favorem, expirare morte concedentis re integra.

Secundo deducitur, quid dicendum sit de licentia concessa ab Episcopo, vel alio prælato eligendi confessarii, an expiret mortuo concedente, vel eo amoto ab officio? Affirmant aliqui expirare, nisi Episcopus præmissa causæ cognitione, ac consentiente capitulo eam licentiam concederet. Ducuntur, quod nequeat Episcopus in Ecclesiæ parochialis præjudicium, absque causæ cognitione, & capituli consensu has licentias concedere. Secundo, quia sententia, qua excommunicantur omnes furtum admittentes, perit propterentis morte. Ut docet *gl.* ab omnibus recepta, *c. Ambitus el 1. de sent. excomm.* & inhibitio artis exercendæ expiret inhibentis morte, *l. fi. ff. de pœnis*. Tertio, potest probari, quia hæc licentia virtute continet delegationem jurisdictionis exercendæ, quæ cessat obitu delegantis re integra. Tandem, quia ea jurisdictio non datur Sacerdoti eligendo, donec actu eligatur: ut de se constat: Sæpe enim contingit eum Sacerdotem nondum natum esse, vel non esse Sacerdotem, cum licentia concessa est. At quando eligitur, nequit jurisdictio ei dari ab Episcopo mortuo. Nec datur etiam a pœnitente, quia sæpe est laicus vel mulier: nec successor in dignitate eam concedit, ut constat. Hanc sententiam tenet *Abb. c. fi. n. 9. fi. de offic. legati, Jacobinus l. More, in 2. lectura, n. 15. ff. de jurisd. omn. judic. Roland. cons. 38. n. 12. vol. 3. Angel. v. Indulgentia, num. 7. & ibi Sylv. q. 5. dicto 7. n. 16. & v. Confessor, 1. q. 7. Cordubain q. 1. q. 36. paulo post princ. Philiarcus de offic. sacerd. to. 1 p. 2. l. 2. c. 24. fi.* Pro eadem sententia faciunt DD. allegati n. 61. dicentes licentiam audiendi confessiones expirare morte concedentis. Imo *Felinus c. Licet undique, n. 1. ad fi. de offic. deleg.* absolute docet licentiam eligendi confessarii concessam ab Episcopo perire ejus obitu. Limitant aliqui ex his auctoribus, nisi licentia hæc concessa sit ad Sedis Episcopalis beneplacitum: tunc enim censent eam esse perpetuam. Sic *Angelus v. Confessio 3. n. 23. Sylv. ver. Confessor 1. q. 7. Tabiena verb. Absolutio 1. q. 37. n. 61.* Similiter concedunt aliqui ex his hanc licentiam concessam a Pontifice non expirare ejus morte. Ita *Angelus ver. Indulgentia, nu. 7. Sylv. ibi, q. 5. dicto 7. Cordubaproxime allegatus.*

74 At verius est, hanc licentiam concessam a quovis potente jure ordinario eam concedere, non expirare morte concedentis etiam re integra, vel amotione ab officio. Ducor, quia hæc facultas non tanquam delegatio, sed tanquam gratia facta, est concessa. Quod etiam DD. contrarii fatentur. Nam alias etiam concessa a Papa vel ab Episcopo cum Capituli consensu periret morte concedentis re integra. Et ratio est; quia in hoc casu non datur directe facultas confessori: sicut contingit, quando datur illi licentia audiendi confessiones. Sed tota gratia conceditur directe pœnitenti, & per quamdam consequentiam ac indirecte confessori electo. Atque adeo statim ac concessa est, censetur gratia absoluta, & perfecte facta respectu pœnitentis, cui id privilegium conceditur. Et confirm. quia nulla ratione probatur non posse has licentias concedi ab Episcopo, absque capituli consensu. Et ipsimet DD. adversarii sibi contradicunt: nam concedunt eam licentiam ab Episcopo nomine Sedis concessam, esse perpetuam. Si ergo nomine Sedis potest dare perpetuam, cur non poterit absolute? Cum in utroque casu idem generetur Ecclesiæ parochiali præjudicium. Adde id præjudicium modicæ conlideritionis esse: & posse eam licentiam a successore revocari. Nec obstant adducta nu. præc. in contrarium. Nam ad 1. resp. negando id non posse Episcopum. Ad 2. dic excommunicationem esse sententiam penalem, & continere præceptum: & similiter aliud præceptum esse inhibitorium & penale. At hæc licentia est gratia. Ad 3. dic eam jurisdictionem non esse contentiosam, sed in foro conscientiæ. Quam non expirare dixi nu. 72. Ad ultimum dic eam jurisdictionem dari a concedente licentiam, cujus virtus manet moraliter in ipso privilegio, seu gratia ita concessis. Et ratio est, quia concedens facultatem hanc, ex tunc transfert jurisdictionem in alium, quantum est ex efficacia voluntatis, quam tunc habet, quæ dum non retractatur ab ipsomet, vel successore, sufficit absque nova voluntate: & sola applicatio, quasi materialis ad talem personam deest, quæ sufficienter fieri potest virtute privilegii permanentis: Et ideo hanc sententiam sustinent loquentes de hac licentia concessa ab Episcopo, sive a parocho, sive a quovis Ordinario, qui eam conferre potest. *Navar. c. Placuit, nu. 162. & seq. de pœnit. d. 6. Manuel q. regularib. c. 2. q. 46. a. 8.* Et *Enriq.* loquens de hac licentia concessa ab Episcopo vel prælato regulari, *lib. 7. de indulg. c. 21. n. 6.* & absolute loquentes de licentia eligendi confessoris tenent *Gaeta c. Ad limina 30. q. 1. §. 5. q. 106. n. 312. Salzedo addit. præd. Bernardi Diaz, c. 26. col. 19. immediate ante verbic Tribus tamen casibus, Suarez de pœnit. disp. 27 sect 4. n. 8. & 9. Sayra tractatu de sacram. pœnit. cap. 22. num. 3. Emmanuel Sa sum. verb. Gratia, num. 4.* Pro eadem sentent. sunt DD. num. 72. relati, dicentes licentiam audiendi confessiones non expirare concedentis obitu.

75 Tertio deducitur, licentiam concessam ab Episcopo ad celebrandum in privato oratorio, non perire concedentis morte, quod sit gratia facta. Sic relata Rotæ decisione sustinent *Nav. c. Placent, n. 136. de pœnit. d. 6. & §. In Levit. notab. 31. nu. 26. Salzedo, Suarez, Sayro, n. præced. allegati.*

76 Quarto deducitur, nec licentiam laicis facienda alias prohibita, ut edendi carnes diebus vetitis, non jejunandi, expirare morte concedentis, quia est gratia facta. Sic *Nav. l. 5. consil. de privileg. in 1. edit. cons. 15. fine, in 2. cons. 6. fine.* Nec similiter perit licentia prædicandi, propter eamdem rationem. Sic *Sayro thesauro cas. to. 1. l. 7. c. 14. num. 7.*

77 Quinto deducitur, quid dicendum sit de licentia non residendi concessa ab Episcopo. Quidam eam expirare morte Episcopi censent, quod Ecclesiæ præjudicet. Ita videtur sentire *gl. c. penult. verb. Licentia, de cler. non resid.* Etsi statim innuat contrarium, & videatur se declarare dicens posse a successore revocari. Et tenet expresse *Ant. ibi n. 7.* cum hac limitatione, si Ecclesiæ præjudicet. Alii sic distinguunt: Si præmissa causæ cognitione, ac capitulo consentiente concedat Episcopus hanc licentiam, non expirat: secus si hæc deficiant; sentiunt *Jacobin. l. More, in 2. lectura, n. 14. ff. de jurisd. omn. jud. Angelus v. Indulgentia, n. 7. & ibi Sylv. q. 5. d. 7. n. 16.* At multo verius est non expirare, quia est gratia facta. Et ita docere videtur *gl. c. Cum ex eo, v. Septennium, de elect. in 6.* dicens, non posse Episcopum licentiam non residendi concessam ratione studii revocare sine causa. Si enim nequit ipse revocare, a fortiori nec ejus morte revocatur. Et ita tenent *Abb. d. c. penult. n. 9. & ibi Card. n. 1. q. 4. fi. Imola ad fi. Henricus num. 3. idem Card. clem. fi. num. 9. q. 5. de elect. & ibi Imola n. 2. Gulielm. de monte Lauduno, n. 3. Jo. Lupus l. 43. Tauri, n. 8. Navar. apolog. ad l. de redditib. q. 3. monito 8. n. 1. 2. 3. & c. Placuit, nu. 166. de pœnit. d. 6. Gaeta c. Ad limina 30. q. 1. §. 5. q. 106. n. 312. Perez l. 2. Ordinam. tit. 2. l. 2. paulo post princ. Salz. addit. ad præd. Bernard. Diaz. c. 46. col. 17. vers. Non tamen poterit Episcopi superior. Gut. q. canon. l. 2. cap. 17. num. 7 Enriq. l. 7. de indulg. 21. num. 6 Sayro tract. de pœnit. cap. 22. fi. & thesauro casuum, 1. tom. l. 7. c. 14. num. 7. Graffis 1. p. dec. l. 4. c. 2. n. 28.* & explicant, *Abb. Gaeta*, etsi absque causæ cognitione data sit hæc licentia.

Sexto deducitur, quid dicendum sit de dispensandi facultate. Existimant aliqui eam expirare morte concedentis re integra. Et potest probari, quia est potestas delegata ad jurisdictionem exercendam. Ita *Speculator, tit. De dispensatione, §. Dicendum restat, n. 19. vers. Quid si is, Archid. c. Dudum 18. q. 2. n. 5. & ibi Bellamera, n. 1. vers. Præterea quæritur. Felin. c. Licet undique, initio, de offic. deleg.* 78

At tenendum est, eam potestatem non expirare, quando 79
conceditur ad dispensandum cum personis incertis, & indeterminatis. Quia cum tunc in gratiam ipsius dispensaturi concessa sit, est gratia facta. Ut in simili de potestate conferendi beneficia personis incertis decidituv, *c. Si cui nulla, de præb. in 6.* Item, quia cum sit potestas ad jurisdictionem non contentiosam exercendam, minime est inter mandata jurisdictionis computanda, sed inter gratias factas, quæ morte concedentis re integra non expirant. Ut in simili dixi num. 72. Et ita tenent *Federicus cons. 78. fo. And. addit. ad Speculat. tit. De dispensatione, §. Dicendum restat, n. 19. v. Ergo tu distingue, & c. Ex tua, n. 8. de filiis presb. ubi Ant. n. 7. Abb. nu. 4. Bellamera ad fi. vers. Et adhuc primo casu, & c. Licet undique, nu. 11. & 17. de offic. de leg.* ubi *Henricus n. 4. Decius c. Relatum in nova edit. n. 22. ord. tit. Fel. c. Postoralis, §. Quoniam n. 2. vers. Et intelligunt isti, de reser. Gambara de auctoritate Legati, l. 10. n. 191. Angelus verb. Gratia, n. 2. & ibi Rosela, n. 1. Sylv. q. 2. Tabiena q. 5. n. 6. Armilla, n. 5. idem Angelus verb. Dispensatio, n. 13. & ibi Sylv. q. 6. nu. 11. Navar. l. 5. cons. in 1. edit. tit. de privilegiis, cons. 1. n. 1. in 2. l. 1. tit. de off. de leg. cons. 2. n. 1. & sum. Lat. c. 27. nu. 253. vers. 9. Ant. Gabriel to. 3. comm. opin. l. 6. tit. de præbend. concl. 1. n. 6. 7. & 8. Emm. Sa summa, v. Dispensatio, n. 6.*

Atque ita dicendum est, quando ea facultas concederetur 80
alicui ad dispensandum cum persona determinata, quoties non in favorem solius personæ, cum qua dispensandum est, sed in favorem ipsius dispensantis, aut utriusque simul, concessa esset: tunc enim non expirat morte concedentis, aut amotione ejus ab officio, etiam re integra. Quia in hoc eventu est jam gratia facta, cum sit in ipsius dispensantis favorem, & respectu ipsius jam totam suam perfectionem habet Hoc docent in simili allegato *Lapo Dominic. c. Si cui nulla, nu. 7. v. Quid si Papa in forma, de præbend. in 6. & ibi Francus num. 3. notab. ult.* ubi docent potestatem conferendi beneficium personæ expressæ, & determinatæ, non in favorem ipsius, sed in favorem conferentis vel Ecclesiæ, non expirare morte concedentis re integra. Et colligitur clare ex eo textu, a contrario sensu, ibi: *Secus si super provisione certe personæ facienda, non ob suam, sed eius, cui provideri mandatur, gratiam vel favorem: illa quidem expirat omnino, si concedens re integra moriatur.* Ergo secus est, quando ob suam, nempe, conferentis beneficium, gratiam datur. Atque idem dicit *uterque cum Lapo*, si in favorem, utriusque, nimirum, conferentis & recipientis beneficium, vel in favorem solius Ecclesiæ, cui beneficiarius ille præesse debet, vel Ecclesiæ recipientis beneficium, ea potestas daretur. Quia textus ille solum excepit, quando in gratiam recipientis collata est ea potestas. Et hoc voluerunt significare *Jo. Andr. Ant. Abbas, Bellamera n. præced. allegati*, dum dicentes facultatem dispensandi non expirare, addunt maxime cum personis indeterminatis. Quasi dicant, idem esse in aliquo casu, quando est cum personis determinatis, nimirum, quando non conceditur in solum ipsarum favorem. Nam quando in ipsarum solum favorem conceditur, tenent ibi expirare morte concedentis re integra. De qua re dicemus nu. 89. ubi explicabimus qualiter intelligatur: & ostendemus hoc idem tenere Angelum, Rosellam, Silvestrum, & Tabienam.

Septimo deducitur quid dicendum sit de facultate testandi 81
concessa Episcopis, monachis, vel aliis, quibus testari interdictum est. Quibusdam placet eam facultatem expirare obitu concedentis. Quod sit facultas ad actum odiosum, ac juri communi repugnantem. Sic *Socinus iun. cons. 89. nu. 33. & seq. vol. 1. Covar. cap. Cum in officiis, in 1. edit. num. 8. de testam.* Ceterum absque dubio tenendum est non expirare: Quia est gratia facta, quam non expirare probavi n. 64. Nec obstat id odii habere, quod juri communi adversetur. Quippe omnis dispensatio id habet: quam tamen cum omnino facta est, non

expi-

expirare concedentis morte fatentur omnes. Secundo, quia cum testamentum vim non habeat, nisi post testantis mortem, illi cui testandi licentia concessa est, imputari nequit concedente superstite cum testatum non esse: si quidem longiorem vitam adeptus est, quam is qui facultatem concessit: & ea facultas pro tempore mortis, a quo debet testamentum vim habere, defervit potissimum. Et ideo hujus sententiæ sunt *Covar.* mutata sententia *eod.c. Cum in officio, in 2. edit.* sunt *Covar.* mutata sententia *eod.c. Cum in officio, in 2. edit.* *Barb.l. Divortio 8.6. Quod in anno, n.20.ff. solut. matrim. Azeb.l.5. recop.tom.8.lib.2.n.5.* & ex Theologis, *Enriq. l.7. de indulgent. c.21. num.6. P. Molina to.1. de just. tr. 4. disp. 121. ad fi. Manuel q. regul. to. 3. q.69. a. 6.* An vero hoc verum sit, si ante litteras expeditas, quibus hæc facultas conceditur, obeat concedens, dicemus disp. sequenti.

83 Octavo deducitur, litteras dimissorias ad ordines suscipiendos quas vulgo reverendas vocant, non expirare morte Episcopi eas concedentis. Quia cum contineant licentiam promovendo concessam, ut ad ordines promoveatur, sunt gratia facta. Atque ita docent *Card.clem.fi.n.9.q.9. de elect. & ibi Imola n.3. Guliel. de monte Lauduno n.3. Bonifac.n.43.q.10. Rebuff. praxi benef. in formula lit. dimissor.n.43. Roland.cons.38.n.5. vol.3. Villadiego tr. de legato q.16.n.15. Pavinus de potestate capitali, 1. p.n.9. Nav.l.1.cons. in 2.edit.to. de reser. cons.5. n.un. & c. Placuit, n.35. & 163. de pœnit.d.6. & apolog. ad librum de reddit. q.3. monito 8.n.2. & §. In Lev.not.ab.31. n.26. Perez l.2. Ordin. tom. 2. l.2. paulo post princ. Salz.ad dit. ad practicam Bernardi Diaz c.26. col. 17. vers. Non tamen potest Episcopi super Gut.q.pract.2. q.75. n.3. & q.can.l.2.c.17.n.2.* Et ex Theologis, *Enriq. l.7. de indulg. c.21.n.6. & l.10. de sacram.ord.c.22. fine, Suarez de sacram. d.sp.27. sect.4.dub.3.n.8. Sayro tr. de pœnit.c.22.n.3 Emm. Sa sub v. Dimissoriæ, n.1. Petr. de Led. sum. Sacr.* ubi de Sacram. ordinis, *c.8. diffic.1.col.6.cons.4. Manuel 2.to. sum.c.14.n.5.concl.5.* Atque idem dicendum est, finita Episcopi potestate, ut si ad alium Episcopatum transferatur. Nam eadem prorsus est ratio. Cum non minus pereat potestas morte illius quam depositione illius Episcopatus: Sic *Navar.d.cons.5.n.un. Enriq. d.c.22. fine.* Et idem dicendum est de litteris dimissoriis concessis a capitulo, Sede vacante, quando concedere valet. Non enim expirant finita capituli potestate per novi Episcopi adventum, Quia eadem prorsus militat ratio. Sic *Rebuff. Salzedo Petrus, de Led. Manuel proxime allegati, Gut.qu.can.l 2. c.17. num.2.* Et tandem ob eamdem rationem dicendum est idem de litteris his dimissoriis concessis a Vicario Episcopi eas concedentis, eo quod Episcopus in remotis sit, juxta, *c.3. de tempor.ordin. in 6.* vel de speciali Episcopi commissione: & de dimissoriis concessis a superioribus religionis: & a quibusvis aliis potentibus concedere. Hæc enim nec morte, nec depositione Vicarii, vel superioris, nec adventu Episcopi, qui in remotis erat, expirabunt. Quia militat eadem ratio, eo quod hæ continent gratiam factam a potenti concedere.

84 Nono deducitur, quamvis gratiæ concessæ a Legato Pontificis, vel vicario Episcopi, ad beneplacitum personæ vel dignitatis expirent morte, vel finito officio concedentis (ut dixi num. 59.) eas tamen non expirare quando simpliciter, & absolute conceduntur. Quia sunt gratiæ factæ, & absque temporis limitatione. Sic *Francus c. Si gratiose, num. 13. de reser. in 6.*

85 Ultimo deducitur, licentias omnes concessas a superioribus, quibuscumque, quando non ad certum, & limitatum usum temporaneum, vel ad certum tempus, sed absolute concessæ sunt, esse perpetuas, donec ab eodem concedente, aut ejus successore, aut superiore revocentur: Quia sunt gratiæ factæ. Sic *Abb.e.fi.n.9. de offic. legati, Card.clem. fi. nu.9 q.5. de elect. & ibi Guliel. de Monte Lauduno, n.2. Imola n.2. Angelus v. Indulgentia, n.7. & ibi Syl.q.5. dict.7.n.16. Nav.§. In Leviticum, notab.31.num.27. Cord. in quæstionario l.5. qu.36. paulo post princ. Graffis t.p.decisso.l.4.c.2.n.28.* Temperant hoc *Abb. Angelus Syl. Cord.* nisi licentiæ illæ alteri præjudicent. Quod dicunt propter licentias eligendi confessarii, & non residendi, quas concessas ab inferiori prælato absque causæ cognitione dicunt perire morte concedentis. Quod præjudicent Ecclesiæ parochiali, & illi, in qua est residendum. Sed hanc limitationem rejecimus, n. 72. & 78.

SUMMARIUM.

An commissiones dispensandi in matr. impedimentis, aliisve rebus factæ Ordinario vel confessori, expirent morte concedentis: Refertur opinio, num. 86.

Explicatur sententia Auctoris, 87.

An litteræ Pontificis, per quas committitur constitutio, & assignatio pensionis, & litteræ gratiæ, sive puræ, sive in diem, sive conditionalis, vel privationis, sive in forma dignitatum, & unionum, expirent morte Papæ, 88.

An potestas dispensandi cum persona determinata in illius favorem, expiret morte concedentis, 89.

Quando committitur aliquid erga determinatam personam, vel pro illius favorem, an in dubio censeatur commissum favorem illius, an in favorem delegati, 90.

An postquam jam dispensatione usus est is, cum quo dispensatum est, pereat dispensatio, superveniente dispensantis obitu, 91.

Legati vel pœnitentiarii officium, & dispensationes ab eis concessæ, an morte Pontificis expirent, 92.

An privilegia bullæ Cruciatæ expirent morte Papæ, 93.

Rediguntur in summa contenta in tota disputatione, 94.

Satisfit argumentis, 95.

QUæstio ultima. An commissiones dispensandi in impedimentis matr. aliisve rebus, quæ in foro externo Ordinariis committuntur, in interno autem confessoribus, expirent concedentis morte re integra? Quidam eas expirare affirmant. Ducuntur ex *c. Si cui nulla, de præb. in 6.* ibi: *Secus si super provisione certæ personæ facienda sit data potestas eidem, non ob suam, sed ejus, cui provideri mandatur, gratiam vel favorem, illa quidem expirat omnino, si concedens re integra moriatur.* Ubi *gl. v. Moriatur, Archid. ibi, num. un. vers. Obitum, Anch. num. 2. notab. 2. Ripa. rub. de constit. n. 50. & ibi Rimin. n. 129. fi. & 130.* inde colligunt quando Pontifex non facit gratiam, sed fieri mandat, expirare id mandatum morte Papæ re integra. Et etiam *Bald.l.fi in 1. lectura, nu. 3. vers. Sed pone Princeps, ff. de constit. Princ. Decius c. Relatum, in nova edit.n.21. de off. deleg. & rubr. de const. in 1. lectura, n.4.* colligunt ex *eod. c. Si cui nulla*, commissionem aliquid exequendi in favorem certæ personæ expirare morte concedentis re integra. Cum ergo Pontifex, & pœnitentiarius non dispenset, sed committent Ordinario & confessori, ut dispensent cognita precum veritate, peribit commissio morte committentis reintegra. Et confirm. quia hanc rem ranquam notam tradunt *Jo. And. addit. ad Specul. tit. de Dispensatione, §. Dicendum restat, n.19. vers. Ergo tu distingue, & c. Extua 1. n. 8. de fil. presb. & ibi Ant.n.7. Abb.n.4. Bellamera ad fi. vers. Et ad huc primo casu, Fel.c. Pastoralis, §. Quoniam, in 2. v. Et intelligunt isti, de reser. idem Bellamera c. Licet undique, nu. 11. & 17. de off. deleg. & ibi Henric.n.4. Decius d.c. Relatum, num.22. Ant.Gabr.3.tom.comm.opin.l.6.tit. de presb.concl.1.n.6.7 & 8. Sylv. v. Gratia, q.2.c.3.fi. & ibi Angelus, n.2. Rosella n.1. Tabiena q.5. n. 6.* ubi dicunt facultatem dispensandi cum personis determinatis, per viam commissionis factam expirare morte concedentis re integra. Quod nequit intelligi, nisi quando in favorem illarum personarum, cum quibus est dispensandum, fit commissio. Nam quando cum personis indeterminatis, quia tunc est in favorem dispensaturi, omnes illi fatentur non expirare. Cum ergo in hoc eventu committatur Ordinario, & confessori, ut dispenset cum persona determinata in ejus favorem, peribit hæc commissio morte concedentis re integra. 2. quia hæc commissiones non dantur nomine dignitatis Pontificis, sed nomine personæ (ut probavi num. 46.) Atque adeo ex hac parte non obtinebunt duorationem post concedentis obitum. 3. ex quadam Rotæ decisione, quam referunt & sequuntur *Domin.c. Si super gratia, n.7. vers. Sed pone, de offic. deleg. in 6. & ibi Francus nu.4. ac relatis Cardinali, Jasone, ac Felin. Ant. Gabr. to.3. comm. opin. l.6. tit. De præbendis, concl.1. n.13.14. & 15.* quæ decidit si Pontifex in suis litteris mandet cuidam executori, ut vocatis vocandis, si est ita ut partes referunt, conferat cuidam beneficium, id mandatum expirare morte Pontificis re integra. Quod quidem in his dispensationum commissionibus reperitur. Ergo peribunt concedentis obitu re integra. Et ideo hanc partem tuentur *Navar. l.1. cons. in 1. edit. tit. De tempor. ib. ordin. cons.38. fi. in 2. tit. de fil. presb. cons.3. fi. ei sum. Lat. c.29. n.253. vers. 9. Sayro in the sour. casuum, to.1. l.7. c.14. num.9.* Et satis favet huic sent. *Gutter. q. can. l.1. c.15. n.24.* ubi ait gratiam concessam per verbum, *Fiat*, non expirare concedentis obitu; secus quando mandatur aliquid faciendum.

At quamvis hoc sit valde probabile, probabilius reputa 87 non expirare concedentis morte, etiam re integra. Ducor, quia (ut præclare tradunt *Hier. Paulus, & Rebuff. flatim. allegandi*) quando in litteris gratiæ, in alicujus favorem concessis, minister executurus est voluntarius, utpote cui non præcipitur ut exequatur, sed sola exequendi facultas conceditur, non in favorem ipsius, sed ejus cui gratia est concedenda, tunc est gratia facienda: ac proinde expirat morte concedentis re integra. At quando est executor necessarius, utpote, qui exequi jubetur, si preces veritate nitantur, tunc est gratia facta, ac proinde non perit morte concedentis re integra. Ratio discriminis ea est, quod in priori casu, nemini jus quæsitum fit per illas litteras. Non enim quæritur de legato executuro: eo quod in ejus favorem concessæ non sint, nec ei cui gratia facienda est. Quia soli delegati voluntati relinquitur, velit ne dispensare, an non. Ac proinde ea gratia est omnino facienda, utpote in quam nullum est alicui jus acquisitum. At in posteriori est jam jus acquisitum ad rem illi, in cujus favorem gratia concessa est. Ac proinde dicitur facta respectu illius: ac sola ejus executio desideratur quæ per commissarium facienda est. Quod etiam clare colligitur ex *c. Si cui nulla, de præbend. in 6.* ubi explicans textus quando dicatur gratia facienda, ad eum finem, ut pereat morte concedentis re integra, sic ait: *Secus si super provisione certæ personæ faciendæ data potestas eidem, non ob suam, sed ejus, cui provideri mandatur, gratiam vel favorem.* Ubi textus usus est verbo, *potestas*, ad significandum eum commissarium, ut si fit gratia facienda, debere esse voluntarium,

rium, qui scilicet potestatem habeat, sed non præceptum exequendi. Nec obstant illa verba, *Mandatur provideri*. Quia intelligunter, id est committitur, ut consonent cum verbo præc. potestas. Cum igitur in his dispensandi commissionibus non relinquatur voluntati Ordinarii vel confessoris, dispensationem concedere aut denegare, sed ipsis præcipiatur, ut inventa precum veritate dispenset, gratia hæc non erit facienda, sed facta: ac proinde non extinguetur concedentis morte, Et confirm. quia hac ratione omnes DD. citati in doctrinis adductis nu. præc. pro contraria sent. loquuntur, ac explicant ut sit gratia facienda, ac pereat morte concedentis re integra, quando datur potestas, aut commissio dispensandi, demptis *gl. Anch. Ripa, Riminaldo*, quos ibi in 1. ratione retuli, qui utuntur verbo: Mandatum. Et amplius confir. quia ea dispensatio, quantum est ex parte Pontificis vel Pœnitentiarii, jam plene facta videtur in favorem petentis: & potius præcipitur commissario executio gratiæ jam factæ, si reperit preces veritate niti. Neque enim ipsi committitur substantia causæ, & an expediat, sed an verificetur quædam conditio, qua stante injustus esset denegans dispensationem. Et ideo pro hac sent. citantur *Rosella, Angelus, Sylv. Armilla*, sed male. Quia non loquuntur in hoc casu (ut n. 89. videbimus.) Sed illam tenet *Hier. Paul. in præd. cancellar. t. Declaratoriæ super proponente seu vovente, §. Præstantissime Doctor, Rebuff. in concord.* ubi de mandatis Apost. §. 1. *v. Sui Pontificatus, vers. Licet quidam Doctores, Majolus l.5. de irreg. c.51.n.6. Suarez de censuris, disp. 24. sect. 2. fine Enriq. l.7. de indulg. c.21.n.7. & l.12. de matr. c.1.n.5. & c.3.n. ult.* ubi *in comm. lit. V.* refert aliquos DD. Salmantinos hujus sent. *& l.14. de irregular. c.17.n.ult. Emm. Sa sum. v. dispensatio, n.6. & v. Gratia, n.3. Petr. de Led. in sum Sacram.* ubi de matr. *c.27. vers. Secunda conclusio, in fine illius, Manuel q. regularibus, t.2.q.16.a.7. & l.10. sum.2. edit. c.232.n.3. concl.3.* Et ejusdem sent. aperte est *Mandosius regulam cancell.10. de annali possess. q.2.n.4.* ubi ait esse rescriptum gratiosum, quod per Pontificis mortem re integra non expirat, quoties executor in illis datus non debet præmittere indaginem judiciariam. At in dispensatione, quæ pro conscientiæ foro committitur, manifestum est eam indaginem judiciariam non desiderari. Et eam quoque non esse necessariam in dispensatione pro foro externo concessa, ostendemus disp. 35. nu. 15.

88 Ex his deducitur, non expirare morte Pontificis re integra litteras Pontificias, per quas committitur constitutio & assignatio pensionis, nec litteras gratiæ, sive gratiæ sint puræ, sive in diem, sive conditionales, vel privationis in forma ignitum, & unionum super dispensationibus. Quia communiter in his executor non est voluntarius, sed requisitus tenetur exequi. Ita *Hieron. Paulus n. præced. citatur.*

89 Secundo deducitur, optime dixisse DD. quos n 86. in confir. 1. rationis retuli, dum ajunt potestatem alicui concessam dispensandi cum personis determinatis, in solum earum favorem, expirare re integra morte concedentis. Quod hic commissarius non sit minister necessarius, nec gratia sit in ipsius favorem: & ita usi sint verbo, potestas, ut ministrum esse voluntarium significent. Quare dum *Angelus v. Dispens. nu.13. v. Gratia n.2. & ibi Rosella n.1. Sylv. v. Dispens. q.9. nu.11. & verb. Gratia q.2. & ibi Tabiena q.5. n.6. Armilla n.5.* dicunt facultatem alicui concessam ad dispensandum cum persona determinata non expirare morte concedentis re integra: sunt manifeste intelligendi, quando ea potestas est illi in suum favorem concessa. Tunc enim cum sit gratia ipsi dispensaturo facta, non expirat concedentis morte, juxta ea quæ n.81. diximus. Non autem id intelligunt, quando ea gratia est in favorem solius personæ cum qua dispensandum est. Et hanc esse veram eorum intelligentiam colligitur clare ex eo, quod pro sua sententia referunt *Federicus cons.78.* qui ait non expirare facultatem dispensandi concessam in favorem ipsius dispensaturi. Præterea quia *Rosella, Angelus, Sylv. Tabiena eodem v. Gratia, & eisdem numeris*, cum in principio dixissent potestatem dispensandi cum persona determinata non expirare morte concedentis re integra, paulo inferius docent potestatem dispensandi, non per viam gratiæ, sed commissionis datam perire re integra, imo etiamsi cœptum sit cum aliquibus dispensari, perire quoad eas personas, cum quibus nondum cœptum est. Quando sit executor necessarius, utpote, qui exequi jubetur, si preces veritate nitantur, tunc est gratia facta, ac proinde non perit morte concedentis re integra. Ratio discriminis ea est, quod in priori casu, nemini jus quæsitum fit per illas litteras. Non enim quæritur de legato executuro: eo quod in ejus favorem concessæ non sint, nec ei cui gratia facienda est. Quia soli delegati voluntati relinquitur, velit ne dispensare, an non. Ac proinde ea gratia est omnino facienda, utpote in quam nullum est alicui jus acquisitum. At in posteriori est jam jus acquisitum ad rem illi, in cujus favorem gratia concessa est. Ac proinde dicitur facta respectu illius: ac sola ejus executio desideratur quæ per commissarium facienda est. Quod etiam clare colligitur ex *c. Si cui nulla, de præbend. in 6.* ubi explicans textus quando dicatur gratia facienda, ad eum finem, ut pereat morte concedentis re integra, sic ait: *Secus si super provisione certæ personæ faciendæ data sit potestas eidem, non ob suam, sed ejus, cui provideri mandatur, gratiam vel favorem.* Ubi textus usus est verbo, *potestas*, ad significandum eum commissarium, ut si fit gratia facienda, debere esse voluntarium, qui scilicet potestatem habeat, sed non præceptum exequendi. Nec obstant illa verba, *Mandatur provideri*. Quia intelligunter, id est committitur, ut consonent cum verbo præc. potestas. Cum igitur in his dispensandi commissionibus non relinquatur voluntati Ordinarii vel confessoris, dispensationem concedere aut denegare, sed ipsis præcipiatur, ut inventa precum veritate dispenset, gratia hæc non erit facienda, sed facta: ac proinde non extinguetur concedentis morte, Et confirm. quia hac ratione omnes DD. citati in doctrinis adductis nu. præc. pro contraria sent. loquuntur, ac explicant ut sit gratia facienda, ac pereat morte concedentis re integra, quando datur potestas, aut commissio dispensandi, demptis *gl. Anch. Ripa, Riminaldo*, quos ibi in 1. ratione retuli, qui utuntur verbo: Mandatum. Et amplius confir. quia ea dispensatio, quantum est ex parte Pontificis vel Pœnitentiarii, jam plene facta videtur in favorem petentis: & potius præcipitur commissario executio gratiæ jam factæ, si reperit preces veritate niti. Neque enim ipsi committitur substantia causæ, & an expediat, sed an verificetur quædam conditio, qua stante injustus esset denegans dispensationem. Et ideo pro hac sent. citantur *Rosella, Angelus, Sylv. Armilla*, sed male. Quia non loquuntur in hoc casu (ut n. 89. videbimus.) Sed illam tenet *Hier. Paul. in præd. cancellar. t. Declaratoriæ super proponente seu vovente, §. Præstantissime Doctor, Rebuff. in concord.* ubi de mandatis Apost. §. 1. *v. Sui Pontificatus, vers. Licet quidam Doctores, Majolus l.5. de irreg. c.51.n.6. Suarez de censuris, disp. 24. sect. 2. fine Enriq. l.7. de indulg. c.21.n.7. & l.12. de matr. c.1.n.5. & c.3.n. ult.* ubi *in comm. lit. V.* refert aliquos DD. Salmantinos hujus sent. *& l.14. de irregular. c.17.n.ult. Emm. Sa sum. v. dispensatio, n.6. & v. Gratia, n.3. Petr. de Led. in sum Sacram.* ubi de matr. *c.27. vers. Secunda conclusio, in fine illius, Manuel q. regularibus, t.2.q.16.a.7. & l.10. sum.2. edit. c.232.n.3. concl.3.* Et ejusdem sent. aperte est *Mandosius regulam cancell.10. de annali possess. q.2.n.4.* ubi ait esse rescriptum gratiosum, quod per Pontificis mortem re integra non expirat, quoties executor in illis datus non debet præmittere indaginem judiciariam. At in dispensatione, quæ pro conscientiæ foro committitur, manifestum est eam indaginem judiciariam non desiderari. Et eam quoque non esse necessariam in dispensatione pro foro externo concessa, ostendemus disp. 35. nu. 15.

88 Ex his deducitur, non expirare morte Pontificis re integra litteras Pontificias, per quas committitur constitutio & assignatio pensionis, nec litteras gratiæ, sive gratiæ sint puræ, sive in diem, sive conditionales, vel privationis in forma ignitum, & unionum super dispensationibus. Quia communiter in his executor non est voluntarius, sed requisitus tenetur exequi. Ita *Hieron. Paulus n. præced. citatur.*

89 Secundo deducitur, optime dixisse DD. quos n 86. in confir. 1. rationis retuli, dum ajunt potestatem alicui concessam dispensandi cum personis determinatis, in solum earum favorem, expirare re integra morte concedentis. Quod hic commissarius non sit minister necessarius, nec gratia sit in ipsius favorem: & ita usi sint verbo, potestas, ut ministrum esse voluntarium significent. Quare dum *Angelus v. Dispens. nu.13. v. Gratia n.2. & ibi Rosella n.1. Sylv. v. Dispens. q.9. nu.11. & verb. Gratia q.2. & ibi Tabiena q.5. n.6. Armilla n.5.* dicunt facultatem alicui concessam ad dispensandum cum persona determinata non expirare morte concedentis re integra: sunt manifeste intelligendi, quando ea potestas est illi in suum favorem concessa. Tunc enim cum sit gratia ipsi dispensaturo facta, non expirat concedentis morte, juxta ea quæ n.81. diximus. Non autem id intelligunt, quando ea gratia est in favorem solius personæ cum qua dispensandum est. Et hanc esse veram eorum intelligentiam colligitur clare ex eo, quod pro sua sententia referunt *Federicus cons.78.* qui ait non expirare facultatem dispensandi concessam in favorem ipsius dispensaturi. Præterea quia *Rosella, Angelus, Sylv. Tabiena eodem v. Gratia, & eisdem numeris*, cum in principio dixissent potestatem dispensandi cum persona determinata non expirare morte concedentis re integra, paulo inferius docent potestatem dispensandi, non per viam gratiæ, sed commissionis datam perire re integra, imo etiamsi cœptum sit cum aliquibus dispensari, perire quoad eas personas, cum quibus nondum cœptum est. Quando sit executor necessarius, utpote, qui exequi jubetur, si preces veritate nitantur, tunc est gratia facta, ac proinde non perit morte concedentis re integra. Ratio discriminis ea est, quod in priori casu, nemini jus quæsitum fit per illas litteras. Non enim quæritur de legato executuro: eo quod in ejus favorem concessæ non sint, nec ei cui gratia facienda est. Quia soli delegati voluntati relinquitur, velit ne dispensare, an non. Ac proinde ea gratia est omnino facienda, utpote in quam nullum est alicui jus acquisitum. At in posteriori est jam jus acquisitum ad rem illi, in cujus favorem gratia concessa est. Ac proinde dicitur facta respectu illius: ac sola ejus executio desideratur quæ per commissarium facienda est. Quod etiam clare colligitur ex *c. Si cui nulla, de præbend. in 6.* ubi explicans textus quando dicatur gratia facienda, ad eum finem, ut pereat morte concedentis re integra, sic ait: *Secus si super provisione certæ personæ faciendæ data sit potestas eidem, non ob suam, sed ejus, cui provideri mandatur, gratiam vel favorem.* Ubi textus usus est verbo, *potestas*, ad significandum eum commissarium, ut si fit gratia facienda, debere esse voluntarium,

n 38. *de elect. & c. Si cui nulla, flatim in principio, de præb. in 6. & ibi Dominicus n.6. Francus n.1.*

II. Est, sive dicamus commissiones has dispensandi esse gra- 91
tias factas, sive faciendas, id necessario fatendum est, si jam commissarius dispensarit ad matr. vel ordines: & antequam is cum quo dispensatum est, utatur dispensatione, iniens matr. vel recipiens ordines, dispensans obeat, dispensationes non perire. Tum, quia res non erat tempore mortis integra. Tum etiam quia cum jam semel dispensatio sit legitime facta, non retractatur ex supervenienti facto. Sic citato *Federico, Rosella v. Gratia n. 1. & ibi Angelus n.2. Sylv.q.2. Tab.q.5. n.6. Armilla n.5. idem Angelus, v. Dispensatio, fine & ibi Sylv.q.6.n.11.*

III. Est, dispensationes, quæ a legato Apostolico, vel a 92
summo Papæ Pœnitentiario expediuntur, nullatenus expirant morte Papæ re integra: quamvis dicamus eas esse gratias faciendas, quod neutrum officium expiret morte Papæ re integra: ut de officio legati deciditur expresse *cap. Legatos, de offic. legat. in 6.* & idem deciditur de officio Pœnitentiarii, in *clem.2. §. Eo tamen proviso, de elect.* An vero expirent morte Pœnitentiarii, vel legati re integra? diximus nu. 87.

Ultimo deducitur, quid dicendum sit de privilegiis in 93
bulla Cruciata concessis, an expirent morte Papæ concedentis re integra? Et quidem nemini dubium est, indulgentias ibi concessas visitantibus altaria, & facultates edendi lacticinia, & similes a nullius executione pendentes, minime expirare, quod illa omnia contineant gratiam factam. At dubium esse poterit de indulgentiis semel in vita, & semel in mortis articulo per confessarium concedendis, ac absolutione a reservatis, votorumque commutatione per ipsum præstandis. Quia cum hæc videantur continere gratiam faciendam, utpote quæ a confessarii executione pendent, videtur dicendum ea perire morte concedentis re integra. Aliqui neoterici ea non perire tuentur, ducti hac ratione; quia gratiæ jam factæ accessoria, (ut num. 43. diximus. At bulla principaliter conceditur ad indulgentias & privilegia, quæ sunt gratiæ factæ. Et accessoria est jurisdictio confessori data. At hæc ratio displicet. Quippe nequit dici accessoria gratiæ ea confessoris potestas. Tunc enim (ut eodem nu. 43. explicumus) dicitur potestas executoris accessoria gratiæ, quando datur ad exequendam gratiam jam factam: ut constat ex *c. Si super gratia, de offic. deleg. in 6.* At confessarius non debet exequi gratiam jam factam: sed ipse debet eam concedere absolvendo a reservatis, commutando vota, & concedendo duplicem illam indulgentiam. Quare defendendum est, eas facultates non perire, quia non directe conceduntur confessario, sed ipsi pœnitenti, qui eligat confessarium, ut hæc exequatur; unde continet gratiam factam ipsi pœnitenti. Sicut n. 75. diximus de licentia eligendi confessarii. Atque proinde omnia illa sunt gratiæ factæ ipsi pœnitenti. Præterea, quia esto gratia fieret directe confessori in favorem pœnitentis: confessor tamen non est minister voluntarius, sed necessarius: tenetur enim electus virtute bullæ concedere pœnitenti postulanti omnia illa, quæ bulla indulget. Ut bene docent *Stunica de voto, q.5.n.38. Aragon 2.2.q.88. art.12. fol.1041. Vivaldus candelabro Sacramentorum 3.p.c.14.n.58.* Et ratio est, quia est judex delegatus in favorem pœnitentis petentis jus, quod ex privilegio habet. Cum ergo confessarius sit executor necessarius: eæ omnes gratiæ censebuntur jam factæ: juxta dicta n. 87. Tandem quia bulla ipsa præscribit annum, quo duret. At etiam gratia ad beneplacitum concedentis, quæ morte ipsius expirare debebat, non expirat, ante tempus in ea præscriptum, (ut dixi n. 51.) Et ita hac ratione hoc defendit *Enriquez lib.7. de indulg.c.21. n.4. fine.*

Tandem ut in compendium redigam, quæ in tota hac dis- 94
putatione fusius dicta sunt, sic distinguendum est. Aut litteræ sunt justitiæ, & tunc pereunt morte concedentis re integra, secus si res non sit integra. Dicitur autem res non integra, quando judex legitime jussit partes citari. Aut litteræ sunt gratiæ, & tunc sic distinguendum est; aut ea gratia cum limitatione conceditur, aut absolute, Si cum limitatione, aut ad beneplacitum & voluntatem personæ concedentis, & tunc cessat concedentis morte, quamvis res non sit integra: secus si concedens dicat: Donec revocavero, vel talem rem fecero, si enim ante mortem non revocet concedens, vel non faciat illam rem, gratia est perpetua. Atque eadem perpetuitate gaudebit, si ad beneplacitum Sedis concessa sit. Quod si absolute concedatur gratia, aut est facta: quia, nempe, respectu ejus in cujus favorem conceditur, a nullius executione pendet, aut pendet ab executione commissarii necessarii, utpote cui imponitur præceptum exequendi, ut contingit in dispensationibus matrimonialibus; & non perit gratia morte concedentis, quantumvis res sit integra. Aut est gratia facienda, quæ scilicet, respectu ejus, cui fit, non est perfecte concessa, sed pendet ab executione commissarii voluntarii, utpote cui non præcipitur exequi, sed sola exequendæ gratiæ licentia datur, & perit morte concedentis re integra: secus re non integra. Dicitur autem res non integra in his rebus, in quibus non est citatio partis: quando commissarius primum actum exercere cœpit correspondentem citationi partis, in matrimonialibus consensus. Ut n cœpit vocare partem, ad cognoscendum de precum veritate.

Ad arg. n.86. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis n.87. 95
ubi probavimus eum textum non intelligi de mandato obligante,